

[LXXXIV] (4) *Tempore Paschali Domini. Secundum Joannem.* — In illo tempore dixit Jesus discipulis suis, Ego sum vitis vera, etc. usque ad verba et gaudium vestrum impleatur.

*Offertorium.* — Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

*Communio.* — Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratum sum. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

#### MISSA VI.

(*Ex Missalibus Ambrosianis mss. et editis.*)

In Festo S. Zenonis episcopi vii Decembris (1).

*Super populum.* — Omnipotens sempiternae Deus, qui beatum Zenonem Confessorem tuum pontificalibus infulis decorasti, fac nos, quæsumus, ejus exemplo et magnifico interventa, mundi gloriam mente despiciere, et cælum semper ambire. Per Dominum. (2)

*Super Sindonem.* — Deus, qui præsentem diem beati Zenonis Pontificis tui gloriosa (3) exitu fecisti solemnem, præsta ipsius nos apud te continuis adiuvans suffragiis, et magnificis (4) intercessionibus confoveri. Per Dominum.

[CLXXXV] *Super oblata.* — Adhuc Ecclesie tuæ, Deus, præclara B. Zenonis intercessio, quæ et munera nostra oculis tuæ majestatis acceptabilia faciat, et te nobis placabilem reddat. Per Dominum.

*Prælatio.* — Æterne Deus, Beati Pontificis et Confessoris tui Zenonis (5) merita recolentes, quem tua gratuita benignitate in pontificatus officio et fidei munere sublimare dignatus es, ut et immensis virtutibus coruscaret, et sanctæ humilitatis propositum non desereret. Nam et Gallieni Principis filiam a potestate dæmonis eripuit, et multorum languores potenti virtute curavit. Præsentit etiam Athensis fluvius, quod tanti valeat Præsulis virtus, dum suum ultra morem excedens litus, templi sacra non ausus est ingredi aditus. Digne igitur in tuo nomine ipsius præconia non tacemus; digne ipsius miracula festivis laudibus conclamamus: digne cum ipso tibi, Do-

S. Zenonis præfert, Evangelium est secundum Lucam. Homo quidam usque ad verba auferetur ab eo. Idem Evangelium, Peretto referente in scholis ad vitam S. Zenonis, erat in membranaceo Lectionario S. Euphonizæ.

(4) Hoc ipsum Evangelium in Lectionario per Perettum laudato paschali tempore legendum indicabatur.

*Missæ VI.* — (1) Hanc inscriptionem præfert Missale Ambrosianum a Pamelio editum. In ms. Vaticano Palatino 506, sic: VI Idus Decembris Natali S. Zenonis Episcopi et Confessoris.

(2) Post hanc orationem in ms. Vaticano Palatino hæc rubrica legitur: *Epistolam et Evangelium requirere de Confessoribus.* In editione autem Missalis Mediolanensis 1548, hæc adduntur: *Post Evang. Zeno Episcopus bonus et sanctissimus sedebat super lapidem, et piscabatur in Atico.*

(3) *Excessu* in ms. Vaticano Palatino, et in editis 1548 et 1600.

mine, bonorum omnium largitori gratiarum vota persolvimus. Per Christum Dominum.

*Postcommunio.* — Beati Pontificis et Confessoris tui Zenonis, quæsumus, Domine, a malis omnibus gloriosa nos semper merita tueantur, in cujus sollemnitate percipimus tua Sancta lætantes. Per Dominum.

#### ORATIONES (1) TRES

(*Ex monumentis monasterii S. Zenonis Hallensis in diocesi Salisburgensi.*)

DIE XII APRILIS.

In Festo S. Zenonis Episcopi et Martyris.

*Oratio.* — Omnipotens sempiternae Deus, qui Beatum Zenonem Veronensis Ecclesie præsulem ab utero sanctificasti; eique contra humani generis hostem [CLXXXVI] ubique victoriam contulisti; concede propitius, ut nos peccatores ejus meritis et precibus ad te convertamur, et latentem contra inimicum semper victoria potiri mereamur. Per Dominum.

DIE XXI MAII.

In Festo Translationis S. Zenonis Episcopi et Martyris.

*Oratio.* — Venerabilem diem Translationis B. Zenonis Martyris tui atque Pontificis devotione sancta celebrantes, clementiam tuam humiliter prece deposcimus, ut sicut illi pro meritis gloriam, ita nobis, illo pro peccatis nostris intercedente, veniam largiri digneris. Per Dominum.

DIE IX (2) DECEMBRIS.

In Festo Ordinationis S. Zenonis episcopi.

*Oratio.* — Deus, qui B. Zenonem Confessorem tuum atque Pontificem, doctorem præcipuum, Catholicæque fidei prædicatorem eligere dignatus es, præsta quæsumus, ut ipso pro nobis interveniente peccatorum nostrorum maculis exuamur, et tibi, Domine, sinceris mentibus placere mereamur. Per Dominum.

#### [CLXXXVII] SELECTA EX OFFICIO ZENONIS LOCA.

##### I. — ANTIPHONÆ ET RESPONSORIA.

(*Ex duobus mss. Veron.*)

In Nat. Sancti Zenonis.

Ad Vesperas (1).

Dum Zeno pontificatus honore valde polleret, me-

(4) Editi: *jugiter intercessionibus consolari.*

(5) Idem ms. cum editis: *Zenonis præferenda merita.*  
 ORAT. TRES. — (1) Has orationes typis damus, uti a Canonico Regulari monasterii Hallensis ad P. Benedictum de Cavalesio strictioris observantiae S. Francisci Tridentinum, ab hoc autem ad nos transmissæ fuerunt, cujusmodi scilicet hodie tribus festis S. Zenonis in eodem monasterio recitantur. Nihil porro ambigimus, quin *Martyris* nomen recens fuerit inductum, quem admodum et apud Frisingensem Ecclesiam; postquam videlicet cultum de S. Zenonis martyrio Veronensis Ecclesia invehit, cujus ad exemplum alias non nullas se se conformasse diss. 3. cap. 2 et 4, § 2, observavimus. Si quis ejus monasterii codices, e quibus hæc orationes derivare certissime credimus, consulat; quidquid id est, exploratus cognoscet.

(2) In hanc diem Ordinationis Sancti Zenonis translata, uti et apud nostram Ecclesiam, cum dies octava Conceptionis B. M. V. festo impedita sit.

ANT. ET RESP. — (1) In ms. monasterii S. Zenonis,

ritis non paucis existentibus Gallieni Cæsaris filiam a  
a ruinosa peste Dei virtute sanavit. Allel.

Confessor Sancte, Sacerdos magne, Beate Zeno, in-  
tercede pro nobis.

*Super Venite.*

Confessorum Regem (2). *Psalmus* : Venite.

*Antiph.* Ab utero matris fuit sanctificatus beatus  
Zeno, et a cunabulis benedictus. Allel. *Psalmus* :  
Beatus vir.

*Ant.* Probitatis et scientiæ jugibus incrementis ad  
hoc pertingere meruit, ut per sacerrimam vitam Pas-  
tor in populis efficeretur. *Psalmus* : Quare fremue-  
runt.

*Ant.* Continuis jejuniis et orationibus crebris a Do-  
mino petebat, ut sibi aditum prædicationis in populis  
aperiret. Allel.

*Psalmus* : Domine, quid multiplicasti. *Versus* : Voce  
mea.

*Resp.* Hic est sacer antistes Zeno, quem gemina  
virtute Dominus sanctitatis et sapientiæ decoravit,  
cujus præclara fulserunt in mundum miracula, et in  
cælis adeptus est Angelorum commercia. Allel. † .  
Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est,  
et omnis terra doctrina ejus repleta est. Et in cælis.

‡ . Ab utero sanctificatus beatus Zeno, et a cuna-  
bulis benedictus ad hoc pertingere meruit, ut pastor  
in populis per sacerrimam vitam efficeretur. Allel.  
allel.

[CLXXXVIII] † . In omnem terram sonus exiit con-  
versationis ejus, et sanctitas luculenter emicuit. Per  
sacerrimam.

‡ . In secretiori parte oratorii continuis jejuniis et  
crebris orationibus a Domino petebat, ut sibi digna-  
retur aditum prædicationis in populis aperire. All.,  
allel.

† . Ad convertendas in amore Christi animas ho-  
minum die noctaque deditus erat. Ut sibi.

*Antiph.* Affabilis ita erat in sermonibus, et in ha-  
bitu mitis, ut Deus in ipso collaudaretur ad omnibus  
venientibus ad se. *Psalmus* : Cum invocarem.

Dum exercitio piscationis fungeretur in fluvio, vi-  
dit quemdam hominem in plastro sedentem per præ-  
ceptis ih annè demergi. Allel.

*Psalmus* : Verba mea.

Vir Dei elevata sursum manu fecit signum crucis  
dicens : Revertere retro, Satanas, ne perimas homi-  
nem, quem Deus creavit. Allel.

*Psalmus* : Domine, Dominus noster. *Versus* : Jus-  
tum deduxit Dominus (3).

in quo officium proprium ejusdem Sancti reperitur,  
responsorium, versus, et antiphona ad Magnificat alia  
sunt ac in Antiphonariis Capitulari, quæ heic describere  
placet. *Resp.* Summe Dei præsul Beate Zeno, tuam ceter-  
viam protege, namque credimus tuis laudibus nos semper  
esse salvandos. *Versus.* Qui filiam Gallieni Cæsaris a da-  
mno liberasti, tuis laudibus instantem conserva ple-  
bem. Ad Magnificat antiph. Clementissime Christi Con-  
fessor Domini, beatissime Zeno, te suppliciter petimus,  
ne nos derelinquas, sed apud Dominum pius temper pro  
nobis intercessor existas, quo, te optulante, ad gaudia  
æternæ vitæ pervenire mereamur. Hæc eadem antiphona

‡ . Affabilis ita erat in sermone, et mansuetudine  
atque habitu mitis, ut Deus in ipso collaudaretur ab  
omnibus ad se venientibus. Allel., allel. † . Ita ex-  
sistebat alacer, ut mox ad eum properarent, relictiis  
idolis Domino crederent Jesu Christo. Ut Deus in.

‡ . Dum in fluvio Athesis piscationis exercitio fun-  
geretur, erectis sursum oculis, vidit quemdam ho-  
minem in plastro sedentem bubus subunctis in am-  
nem demergi. Allel., allel. † . Tanta enim velocitate  
ferebatur, ut cunctis ostenderetur antiqui hostis arte  
peractum. Vidit.

‡ . Elevata sursum manu beatus Zeno fecit sanctæ  
crucis signum, frequenti voce et dixit : Revertere re-  
tro, Satanas, ne perimas hominem, quem Deus crea-  
vit. Allel. allel. allel.

‡ . Quod signum ut vidit dæmon, evanuit velut fu-  
mus cum clamoribus ac stridore nefandò. Revertere.

*Ant.* Beatus Zeno dixit : Non te permittit Domi-  
nus aliquid agere adversus servum suum. Allel.

*Psalmus* : Domine, quis habitabit.

Miserabilis Pater totaque domus regia mœnore af-  
fligebatur, eo quod acriter puella suffocaretur. Allel.

*Psalmus* : Domine, in virtute.

Sacerdos Dei Zeno sedebat super lapidem, et artis  
Apostolicæ documenta sequens piscabatur in flu-  
mine. Allel. *Psalmus* : Domini est terra. † . Amavit  
eum Dominus.

‡ . Festinans itaque dæmon Ingressus est pala-  
tium Cæsaris Gallieni et comprehensam ejus unicam  
filiam cepit eam crudeliter vexare. Allel. allel.

[CLXXXIX] † . Miserabilis pater, simulque tota do-  
mus ejus cruciatu ac mœnore affligebatur. Et com-  
prehensam.

‡ . Ingrediente Christi Sacerdote palatium, et  
facto crucis signo mox cepit dæmon clamare dicens :  
Tu, Zeno; me expellis; et ego propter tuam sanctita-  
tem stare tibi possum. Allel., allel., allel. † . Et si  
hinc abiero, eo Veronam, ibique inventus es. Et ego.

(4) ‡ . Sancte Zeno confessor Christi, audi ro-  
gantes servulos; et impetrata cœlestis tu Deus ter  
indulgentiam. † . O sancte Zeno, alius natus; Do-  
mini gratia, servorum gemitus solus suscipe cle-  
mentia.

*In Matut. Laudib.*

*Ant.* Dominus Jesus Christus omnipotens est;  
oportet enim, ut mirabilia Dei manifestentur. Allel.

Exurgens beatus Sacerdos fecit orationem; perre-  
xitque ad palatium, ubi affligebatur pro sua filia Rex.  
Allel.

in ms. monialium S. Mariæ de Campo Martio legitur  
in secundis vespertis.

(9) In miss. Zenoniano, et monialium superiori ad-  
notatione laudatis hoc legitur Invitatorium :

Elethum unumque Deum laudamus et unum,  
Qui sibi Zenonem transevit in æthera Sanctum.

(3) In Carpsi alius versus indicatur sic : *Posuisti,  
Domine, sup. cap. ejus.*

(4) In Antiphonariis Capitulari : *Sancte Zeno, re-  
quire in Sancti Martini. In Carpo autem. ‡ . Sancte  
Zeno. † . O Sancte Zeno: Supplicamus ex ms. monia-  
lium S. Mariæ de Campo Martio.*

Ingrediente Christi confessore palatium, facto crucis signo per os puellæ dæmon clamavit dicens : Tu Zeno, venisti ad expellendum me, et propter tuam sanctitatem stare non possum. Allel.

Tenens beatus Zeno manum puellæ dicens : In nomine Domini mei Jesu Christi, præcipio tibi, exi ab ea, dæmon. Allel.

Christi namque Sacerdos ab omni dæmoniæ incursionis ludificatione sanam restituit filiam Regis. Allel.

ŷ. Elegit eum.

*In Evangel.*

Acceptam beatus Zeno coronam a rege distribuit pauperibus dicens : Si Dominus operatur excelsa, ipsi perpetuæ laudes referantur et gloria. Allel.

(5) *Ant.* Sancte confessor Zeno, pastor dominici B gregis, te deprecamur intercede pro nobis, ut mereamur tecum esse in cælis. Allel., allel., allel.

[CXC] II. — LECTIONES BREVES ET HYMNI.

(*Ex varis cod. et breviariis.*)

*In Sancti Zenonis episcopi ad Vesperas Lect.*

Statuit Dominus Sancto suo Zenoni testamentum sempiternum, et dedit illi sacerdotium magnum.

ŷ. Ab utero sanctificatus. ŷ. In omnem terram.

*Hymnus*

(*Ex ms. capituli Veron.*)

Zeno Pontifex inclyte,  
Christi athleta splendide,  
Adesto nostris vocibus,  
Quas pte tibi fundimus.  
O gloriose Patrone,  
Nostræ salutis opifex,  
Ut digne demus cantica,  
Nostra dirumpe crimina.  
Adesse tuis famulis  
Dignare dux amabilis :  
Sentiant nostra peccata  
Semperque tua munera.  
Tu es nostrum refugium,  
Tu robor potentissimum,  
Tu salus et protectio  
Nostræque subsidio.  
O Pastor pie et clare  
Nobis benigne succorre (*Cor.* subveni),  
Nosque supplices respice,  
Vota servarum suscipe.  
Deo Patri sit gloria  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu Paraclito  
Et nunc et in perpetuum. Amen.

*Ad Noct. Hymnus.*

Jesu Redemptor omnium, etc.

*In Laudibus Lectio.*

Cognovit Dominus Sanctum suum Zenonem in benedictionibus suis, conservavit illi misericordiam suam, et invenit gratiam coram oculis Domini.

[CXC] ŷ. Athavit eum Dominus et ornavit eum.

ŷ. Stulam gloriam induit eum. Et ornavit.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

*Alius hymnus, indidem.*

Deus tuorum militum  
Corona, spes et præmium,  
Attende proutis auribus  
Indignis nostris vocibus  
Qui Zenonem episcopum  
Ab omni parum crimine

Educum carnis cavea  
Locasti super æthera.  
Ob ejus alma merita  
Nostra relaxa crimina  
Hic libera de noxiis  
Et in futuris sæculis.  
Te cuncta laudant pariter,  
Summe cunctorum arbiter,  
Est cujus regnum stabile  
Per ævum sine tempore. Amen.

ŷ Tu es sacerdos in æternum.

*Hymni tres*

(*Ex mss. Breviariis Benedictinis monachorum et monialium Veronenstium.*)

S. Zenonis ad Vesperas, hymnus 1.

Effulget orbis speculum  
Zeno præsul mirificus,  
Cujus festa solemnia  
Anni vobis fert orbita.  
Qui Christi fide fervidus  
Hoc præsens sperniens sæculum,  
Flore virtutum præditus  
Cæli possedit præmium.  
Hic onus carnis bajulans  
Plura fecit miracula,  
Ut floret lux clarissima,  
Cæcas fugavit tenebras.  
[CXCII] Nempe piscans in flumine  
Vidit plaistro præcipitem  
Cum bobus solum rusticum  
Ad amnis ima mergere.  
Quod hostis hoc nequissimus  
Patrasset, cernens vir pius,  
Preces fudit ad Dominum,  
Ejus poseps auxilium.  
Subvenit Christi gratia,  
Quid se credentes nunerat,  
Hunc liberavit hominem,  
Reddens salutem pristinam.  
Deo Patri sit gloria, etc.

*Ad Nocturn. Hymnus II.*

Post hæc curavit filiam  
Imperatoris unicam,  
Quam fecerat hospitium  
Daemon sibi tunc pessimus.  
Athesis annis alveus  
Excrescens ultra solitum,  
Conscendit ad eximium  
Ecclesiæ fastigium.  
Confestim fulgent merita  
Viri sancti dignissima,  
Nam mansit aqua solida,  
Cum sit natura fluida.  
Precamur ergo supplices,  
Zeno præsul sanctissime,  
Ut cæli nobis Dominum  
Efficias propitium.  
Quo post abluta crimina  
Fruamur ejus gloria,  
Habituri felicia  
In æternum solemnita.  
Præsta Pater piissime, etc.

[CXCIII] *Ad Laudes, Hymnus III.*

Præsulj sancti redeunt colenda  
Festa Zenonis Dominum sequentis,  
Qui diem nobis celebrem sacravit  
Fine beato.  
Magnus Excelsi fuerat sacerdos;  
Prædicans, gentes penetrans marinas,  
Inde Veronam Deus huc ad urbem  
Mittere curat.  
Qua Deo multum populum lucratus,  
Instruit verbis, solidavit actis :  
Pro Deo tandem patiendo mortem  
Vivit in ævum.  
Nunc in æternam meritis confuscat]  
Clarus, et mundo manifestus omni :  
Qui Deo soli studuit placere]  
Corpore vivens.

(5) Ex eodem Corpore appareret hanc antiphonam in secundis Vesperis recitatam fuisse ; in eo enim sic habetur : *Ad vesp. a. Sancte Confessor Zeno.*

Pastor æterno radians triumpho,  
 Servulos audi tibi supplicantes,  
 Præmium justis, (1) veniamque posce  
 Crimine lapsis.  
 Quo Dei magna miseratione  
 Ordinem cœli decimum replentes  
 Ipsius vultum videamus omni  
 Tempore sæcli.  
 Gloriam Patri resonemus omnes,  
 Et tibi Christo genito superne,  
 Cum quibus Sanctus simul et creator  
 Spiritus exstat. Amen.

[CXCIV] *Hymnus.*

(*Ex codice Vatic. num. 1235.*)

In natale S. Zenonis.

Sancti Zenonis Præsulis  
 Hymnum Christo deferimus,  
 Qui contempsit sæculum,  
 Mercavit Christi præmium.  
 Qui in adolescentia  
 Dei præcepta tenuit,  
 Stipem larga jugiter  
 Erogavit pauperibus.  
 Piscandi arte usus est,  
 Dogma sequeus orthodoxum,  
 Mersit manum in gurgite,  
 Piscavit Dei gratia.  
 Instar Petri Apostoli  
 Digna sortitus merita,  
 Pastorque Veronensium  
 Summus Sacerdos rutilans.  
 Crebris quoque jeuniis  
 Carnis repulit vitia,  
 Sæpe doceudo populum  
 Destruxit Mundi idola.  
 Magnus existens medicus,  
 Infrma sanans corpora,  
 Sæpe liberans animas  
 Obsessas a diabolo.  
 Tanta repletus gratia  
 Obiit in Christi requiem,  
 Et nobis semper maxima  
 Ostendit mirabilia.  
 Rogemus ergo populi  
 Confessorem Altissimi,  
 Ut ipse nobis impetret  
 Pacem et indulgentiam.

[CXCIV] III. — *COMMEMORATIO S. ZENONIS*

AD PRECES SEU SUFFRAGIA IN VESPERIS ET LAUDIBUS.

(*Ex mss. Capituli Veronensis sæculi XIII.*)

*De Sancto Zenone ad Vesperas Ant.*

Ab utero matris fuit sanctificatus beatus Zeno, et a cunabulis benedictus.

†. Amavit eum Dominus.

*Ad Matutinum seu ad Matutinas Laudes antiphona.*

Acceptam beatus Zeno coronam a Rege pauperibus distribuit dicens: Si Dominus operatur excelsa, ipsi perpetuæ laudes referantur et gloria. †. Tu es Sacerdos.

(1) Antea legebatur *veniam poscentes*: emendavimus ex insis Bagata et Peretto, qui in libro inscripto: *SS. Episcoporum Veronensium antiqua monumenta*, pag. 15, eundem hymnum ex mss. correctius ediderant. Ms. Zenonianus: *veniam deposce*.

A

*Oratio.*

Deus, qui es tuorum antistitum potentissimus illustrator, concede propitius, ut intercessione beatissimi Sacerdotis et Confessoris tui Zenonis magnificis exemplis informati, sæculi istius caliginem sine periculo transeamus.

IV. — (1) *BENEDICTIO*

IN FESTO S. ZENONIS EPISCOPI ET CONFESSORIS.

(*Ex codice XV sæculi Sodalitii S. Mariæ de Domo inscripto.*)

*Benedictiones Pontificales.*

Omnipotens Deus et Dominus det vobis copiam benedictionis, qui beatum Zenonem sibi adscivit virtute confessionis. Amen.

Et qui illum fecit coruscare miraculis, vos exornet B bonorum operum incrementis. Amen.

Quo ejus exemplis eruditi, et intercessione muniti, cujus depositionis diem celebratis, illi possitis in cœlesti regione adjungi. Amen.

Quod ipse præstare dignetur, cujus. Amen.

[CXCVI] V. — *CONSTITUTIO THEOBALDI EPISCOPI VERONENSIS, EXCERPTA ET CONSTITUTIONIBUS AB EODEM EDITIS ANNO 1305, POSTEA AB EPISCOPO PETRO SCALIGERO REPETITIS.*

(*Ex mss. Capituli Veronensis.*)

*Cap. LXI, de Festivitatibus Sancti Zenonis, Sanctorum Firmi et Rustici celebratione.*

Cupientes devotione congrua, et debitis honoribus gloriosum Confessorem beatum Zenonem, Patrem et Patronum hujus civitatis et diocesis Veronensis, et C beatos Georgium, Firmum et Rusticum martyres a grege nobis credito venerari, ut eorum apud Deum meritis adjuvemur, festum ipsorum per civitatem et diocesem Veronensem a populo et clero annue præcipimus solemniter celebrari, ac per ecclesias ejusdem civitatis et diocesis universas singulis diebus ferialibus in Matutinis et Vesperis eorum commemorationem fieri cum eorum antiphona et collecta legendis in ecclesiis prælibatis. Itaque pro tribus martyribus dicatur una Antiphona communis et oratio: Deus qui nos concedis sanctorum tuorum Georgii, Firmi et Rustici martyrum tuorum memoriam agere, etc.

Eandem commemorationem subinde præcepit Joannes Matthæus Gibertus episcopus Veronensis Constitutionum tit. 2, lib. II, cap. 2 et 3, non tam in Laudibus et Vesperis, sed etiam in Missis in collecta *A cunctis*: quod vel hodie servatur.

(1) Hæc eadem benedictio in Sacramentario S. Gregorii edito per Menardum legitur in *Natali unius Confessoris*, tom. III Operum ejusdem Sancti, pag. 161, et post præfationem ante orationem ad communionem describitur.

## TESTIMONIA SELECTA DE SANCTO ZENONE

### VERONENSI EPISCOPO.

S. Ambrosius epistola I, ad Syagrium episcopum Veronensem, num. 1.

Tu autem sine alicujus fratris consilio hoc judi-

cium tibi solum vindicandum putaris: in quo tamen ante iudicium præiudicium feceris, ut puellam Zenonis sanctæ memoriæ iudicio probatam, ejusque sanc-